Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Astrologica operatio anni 1502

Muntz, Johannes

[Wien], 1501

urn:nbn:de:bsz:31-304143

Visual Library

Jd 150

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

Jd 150
NF vorh.

X. 9926
X. 14109.

WR 127
WR 128
WR 129
WR 126

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

4.

# Aſtrologica operatio Anni 1502 Per magiſtrum Johannem Muntz wurtenbergenſem ſuper Viennenſem meridianum Calculata.

Noctiuage ductu lune dominabitur annus .

Compta caput uenus eſt gracior alma comes



Mercuriꝰ reget eſta- tem cerealibꝰ aptã.

Iupiter autũni tol- let de uite liquorẽ.

Imperiũ ſeruat bru- nali frigore luna.

[um 1502] Wr 129

AD SPLENDI DLSSIMVM
æqueſtris ordinis Virum: dominum
Iacobum de Lan/dau: tam ſapientē
Sueuie: dictatorē quam Auſtrie fidū
queſtorem.



## In iudiciū ioannis Muntz Præfatio.

Stellarum leges: rutilantis fœdera cœli.
 Diuinæq; nouum molior artis opus.
Et iuuat aſcendiſſe polum: didiciſſe ſub alto
 Egregiis quædam ſollicitanda uiris.
Euentus: & magna canam miracula rex:
 ꝓpoſito fœlix ſis iacobe meo.
Siue bonis legem dictas & iura ſueuis:
 Iuſticia pollens conſpicuus q; tua.
Seu quæris auri ſolerter munera puri:
 Auſtriacum pendit quicquid ubiq; ſolum.
Frigore torpentes hiemes: lentumq; calorem:
 Ventos: & pluuias: nubila craſſa poli.
Fulmina: uibrantes ignes: cœliq; fragorem:
 Quæ ſubſūt aſtris corpora: fata: uiæ.
Affectus: artes: ſtudium: magnoſq; labores:
 Imperium: luxus: ocia: bella uirum.
Hoc opus ardenti ſpero ſuperare labore:
 Si pergas lœtam ferre ſalutis opem.

28

DEus optimus maximus oīm reruꝫ opifex ac
potētiſſimꝰ aſtrorū moderator quā cernimꝰ
celorū machinā cōſtruxit: vt ꝑ māifeſtiſſima
potēcie ſue oꝑa tandē ī ꝯphenſibilē diuinita
tis maieſtatem amplecteremur ⁊ agnoſcere-
mus. vt habꝫ magnꝰ iudeorū rex. Atꝫ poſt-
q̄ꝑ certiſſima quadam euidētia ducimur his
celorū ac ſyderū ampagibus fieri gn̄ari inq̄ꝫ
⁊ corrūpi q̄ celo ſubdunt̄ oīa hac de re magꝭ
certificamur: quēadmodū Ptholom̄. in aſ
tronomica ſciētia ꝑitiſſimo placuit; ꝓpoſitiōe xiij. prime ꝑtis Cuiꝰ
rei familiariſſimū ponit̄ ab haly exemplū Eteni vbi qſq̄ꝑ ꝑnouerit
euenire alicui egritudinē calidā atqꝫ ſiccā de natura ⁊ condicione
martis: eniti poterit ante illū ſydereū influxū vt is ad cōplexionem
īmutet̄ frigoris at ſit hūiditatis ꝑticipē: itaqꝫ ſtellaꝝ illapſꝰ aliter
egritudinē cauſaturꝰ tꝑamentuꝫ in ipſo tandē efficiet. Que cū ita
ſe habeāt ac tāte ſint aſtrigeri vires orbis. Ego Joannes Muntz
ex plabeurn̄ nō ſpernēda quorūdaꝫ admonitōne ductꝰ ⁊ quadā aſ-
trologie ꝑitia fretꝰ effigiare accingor. Anni ſalutis 1502 euentus
nō modo corporeos: Sed ⁊ aīales e ſordibꝰ infecte nature pullulā-
tes. de bello inq̄ꝫ ⁊ id gn̄s alijs De pace inſuꝑ ⁊ religione dummō
hec oīa ad laudē faciā ⁊ gl̄iam dei oīpotētis. marieqꝫ v̄ginis inte-
merate ⁊ auidiſſime quorūdaꝫ hoīm nr̄i ſeculi vel expectationi vel
potiꝰ curioſitati ſint reſpōſura. Saluis igit̄ p̄ceptis ac doctrinis
katholicis. feriatim (vt ſolet) adhibito tractatuū ⁊ capitulorum in
teruallo: ieſu chriſto auxiliū ferēte: ad inſtitutū ꝓſequar

¶ Tractatꝰ p̄mus de radicibꝰ ⁊ p̄muꝫ eius caput de
orbe magno ⁊ magnarū coniunctionum ꝑfectionibꝰ
cum figurationibus anni preſentis ⁊ eclipſibus

NOn abs re fieri ſolet vt cauſe p̄mittant̄ q̄niaꝫ ea nociora ꝑ hi-
bētur que nature ſūt nociora Ideo demōſtratio ꝑpt̄ qd poti
or ea q̄ quia eſt traditur Vnde nō abſurde primo de auditu philoſo
phico ariſto: ſcripſit. Encia nob̄ eo manifeſtiora cercioraqꝫ eſſe q̄
ꝯfuſiora ſūt. Deide ꝑticulariū nobis patere audituꝫ: q̄ fit vt circa
vniuerſalē reuolutionis periciam primo nobis obuiā venit orbis
ille magnꝰ 15 cui p̄ſidet luna cū leonis ſigno diuiſor inuentus ē ſol
cum libra in 23 gradu Ceteris breuitatis gracia reciſis Occur-
runt due in hoc anno ecclipſes Altera maioris altera minoris lu-
minaris emerget: Primo eueniet ſol' eclipſis 10 punctoꝝ ꝓpe cau
dam draconis. in libra. ſabbato poſt michahel. pricipiū hora ſex-

ta minuto.ſed medium hora octaua minuto nullo.finis hora nona
minuto ſeptimo ante meridiez in oriente q̄re eiꝰ effectus de ꝓpinq̄
eueniet aſcendente libra ſubſequenti ſcorpione. Altera lune trium
punctorum ꝓpe caput draconis ī ꝓfeſto ſancti galli. Principium
hora vndecima minuto triceſimo q̄rto. Mediuz hora duodecima
minuto triceſimo quinto.finis hora tredecima minuto triceſimo
ſexto poſt meridiē in medio coeli.quare eius effectus poſt dimidi-
um annū eueniet aſcendente leone.

¶ Caput ſecūdum de tocius anni ꝑtium dn̄is

¶ Anteceſſores nr̄i haud paruz vtilitatis credebāt exiſtere in eo
Si rite anni dn̄atores deſignarent̄. Sed qꝛ ſignū aſcendēs mobi-
le ē quo fit vt ſingul̄ q̄dris anni ſinguli dn̄atores ꝑſūt Teſte albū-
aſar de floribꝰ quidē in hec ỽba Scito ꝙ annꝰ cū fuerit eiꝰ aſcen-
dens in fortidudine ſua in eodē anno hora deſcēſionꝫ ſolis in arietē
cū fuerit aſcendēs ſignū fixū nō reuoluas quartas in eodē anno po
terit enī tibi ſufficere.aſcendēs eiuſdez anni fiducia em̄ huiꝰ rei eſt
ſignū fixum porro ſi fuerit ſignuz ꝯmune neceſſe eſt ſꝑ vt reuoluas
annū ad horā deſcēſionis ſol̄ in p̄mū minutū libre ſi aūt fuerit aſcē-
dēs ſignū mobile neceſſe ē tibi eq̄re introytū ſol̄ in omni quarta ex
reuolutiōe hec ille. Sed qꝛ aſcendēs eſt ſignū mobile.q̄re alter et
alter eligit̄ dn̄us ꝑ quartas cū dn̄antibus generalibꝰ.general̄ ita
qꝫ anni dn̄us ꝛ p̄ſertim veris luna qꝛ in aſcendēte.exaltatiōe.tripli
citate ꝛ termino cui cōdominat̄ venꝰ. Saturnꝰ em̄ ꝛ mars ꝑegrini
dn̄io priuant̄ ſic iupit̄.ſol cadēs ꝛ ſi ſit appodiatꝰ nō dn̄atur mercu-
rius in ſuo detrimēto ꝛ caſu nō dn̄atur cū em̄ in ꝑuentionali ꝛ con-
iunctionali luminaria nō eliguntur ꝓ eis maxime introytal̄ ſuffice
re videt̄. Eſtatis dn̄us mercuriꝰ in ſeptima domo et ſua triplici-
tate Autūni dn̄us iupiter ſecūdum albūaſar Hiemi luna dn̄atur
qūquidez ceteri minus efficaces.

¶ Tractatꝰ ſcd̄s de Euentꝰ coeli afflatuz acceſſorie.
cōmitātibꝰ ꝛ p̄mū eiꝰ caput de egrotatiōibꝰ timēdis

¶ Cū morbꝰ ſit humorū diſtꝑamētuz qs dubitare poterit huiuſ-
ce rei cauſā ex coeleſtibꝰ afflatibꝰ poſſe inueniri ſcꝫ ſaturni ꝛ martꝭ
ratiōe.nā infirmitates ꝛ morbos inq̄t ptholomeꝰ Saturni ꝛ mar
tis aſpiratiōe ꝓficiſci Habita igit̄ diligēti indagine inuēio ſatur-
num ſcare infirmitates lōginquas tabefactiōez ꝛ exſicatiōem cor-
porū febrē tercianā ꝛ timorē mortis. Sol ſcat īfirmitates ꝑ q̄s mlt̄
tum inpedient̄ homīes in eſtate debilitātes infirmos.ꝛ qꝛ fere om-
nes planete ꝓ maiori ꝑte ꝑegrini.ſcant ꝙ homīes erūt debiles in
corꝑibus neſciētes ſui morbi ratiōem. Uemēt em̄ infirmitates in

furculis brachijs:inteſtinis colica ꝑ lixe ⁊ pl̃es ⁊ erūt dolores cauſa veneris.⁊ ſanguinis coloris nigri .phreneſis dolorū ocl'orū ⁊ capitis ſat urnus et mars teſtanur pro peſte ⁊ timore mortꝫ .ꝯcludit ꝙ illū annū nō ſalubrem futuꝝ ſed mltis ⁊ varijs morbis ſeuiturū: at tñ nō vſq3 adeo magnā peſtē ſ3 mediocrē ꝓtendūt.

### ¶ Caput ſecundū de Odijs ⁊ bellis

¶ Cauſe odioꝝ ac belloꝝ gemie reddūt ſupe ſc3 ⁊ īferiores. Proxime nobis efficiunt Auri ⁊ argēti poſſeſſionibꝰ ⁊ terrarū diuiſiōibus Vñ ⁊ veteri iure dici ſolet hoc meū iſtud tuū. Supe ꝑo cauſe ꝯſtellatiōes magne ⁊ ꝑſertim martis inſtigātes corda hoim facili irritam̄to ad malū. Vñ albumaſar ī floribꝰ Sciētia inqt bellorū ⁊ diſcordie eſt ex martis loco.habita igit̃ inqſitiōe diligēti ex multitudine teſtimonioꝝ Repitur annꝰ nō ſine bell'. Saturnꝰ ⁊ mars bella ſignificant..iupiter tamen ſuo interuentu vtramque rabiem ſaturni ⁊ martis mitigabit ⁊ ſi qua erunt bella.his potietur victoriā q ſue milicie iuſtā occaſionē habet.⁊ luna ſignat iugulatōe3 in potationibꝰ ⁊ ꝯuiuijs. Subingeret mercuriꝰ fraude ſua ſanguis effuſion3 Jupiter excercitatiō3 futurā in armis tpe autūnali ꝑcat. Sili mō arietꝫ caput guerras.odia ⁊ bella ad orientalem plagam Ecia3 principes ſuis bellis in cōmoda aſſeqent̃. ⁊ ꝑſertim in italia vbi romāi armis ſe accingēt ⁊ res romane in ꝓcellis ⁊ vētis agent̃ colligo ergo iſtū annū nō ſine rixis ⁊ bellis abiturū ꝑſertim in his terris hoies magis eſtuaturos qui geminis ſubiecti ſūt

### ¶ Caput terciū de Cariſtia ⁊annone ſufficiētia

¶ Omnibꝰ fere cōſtat hominibꝰ generalē eſſe cariſtiā ⁊ ſpeciale3 Primā per totū aliquod clima vel q̄ſi ꝑ quālibet ſpeciē annone ꝑcipue frumēti aliā aūt ꝑ partē climatis et vnā aut plures ſpecies ⁊ maxime nō frumēti. Defectꝰ aūt talis ꝯtingit ex abductiōe Victualium regionis in regiōē ⁊ huiuſmodi. Unde varijs inſpectis cauſis ex multitudine teſtimonioꝝ annꝰ iſte defectū paciet̃ in victualibꝰ Deſtructō erit aialiū aquaꝝ defectō ⁊ In fructibꝰ videbitur palor meſſium impedimētu3 in beſtijs domeſticis maioribus Unde piſces vileſcēt i vere ⁊ eſtate victualia mlta in autūno oleū in caro foro in hieme victualia grauabuntur Mars ſignat diminutiones auiū mltas herbas et paſcua animaliū mediocritatē in arboribꝰ minuent̃ meſſes arenales cū ꝓſperitate ceteroꝝ fructuu3 Jupiter aūt ſignat nō eſſe anni omnino grauitatē ꝑcipue frumenti Unde cōcludit̃ ēe variū Quare deſcēdēdo ad ꝑticularia frumētum erit boni et melioris ſtatꝰ in creſcētia cū grauitate ꝑcij ī vere In eſtate ꝑiclitabit̃ venus tñ mitigabit minoris ꝑcij In autūno

ꝑiculū feret ꝑui p̄cij In hieme ſemēta fortificabunt cū ꝑuo p̄cio ⁊ eq̄li defectu ¶ Ordeum vilis p̄cij in vere In eſtate meliorabitur ſtatꝰ eius mediocris precij in autūno indifferēter ꝯpetētis p̄cij In hieme hiemale paciet dānuz in medio ſtatu p̄cij ¶ Piſa Miliuz Cepe cibi acri in vere fortificabunt cū mltitudine pauci p̄cij In eſtate mlti defectꝰ erūt cū ꝑiculo in p̄cio In autūno pariter ꝑ ſaturnuz mediocris p̄cij In hieme ſufficiēter inuenient cū p̄cio ꝯpetn̄ti ¶ Lentes cibi acuti atq3 herbe acutū hn̄tes ſaporez cū vilitate p̄cij deficient i vere In eſtate augmētabunt cū p̄cio vario In autumno inſtabilis ſtatꝰ cuz infortunio. p̄cō tamē ꝯpetēti In hieme in copia reꝑient cū fortificatiōe magno valore ¶ Riſi in vere habundabunt cū ḡuitate p̄cij In eſtate ꝑiculū ſuſtinebūt cuz vilitate In autumno penuria cum periculo vilis p̄cij cauſāte marte In hieme aūt deficiēt in natura parui p̄cij

¶ Zuccarꝰ bōbex et ap͛os et ſilia aīalia tpatā humiditatez hn̄cia varia ꝑicula ſuſtinebūt in vere vilis p̄cij Ineſtate modico meliorabit ſtatus eorum vilis tamen p̄cij In autūno augmētabūt aliquantulū nō tn̄ aſcēdēt in p̄cio In hieme vario ſtabūt ſtatu i p̄cio tn̄ non aſcendēt ¶ Dactili ⁊ alij cibi dulces in vere habūdabunt cū grauitate p̄cij ⁊ bono flore Ineſtate vario ſtabūt ſtatu tn̄ timet ꝑiculuz martis In autūno valebūt ⁊ boni erūt p̄cij In hieme cuz aliquali periculo differētis p̄cij ¶ Mel in vere in vario erit ſtatu mediocris tn̄ p̄cij Ineſtate habūdabit cū deſcēſione p̄cij In autūno in mediocri ſtatu viliſq3 precij In hieme ſtabit in periculo et fere nullius precij ¶ Uinee ſiue vina pericula timeant ſaturni in vere venus tn̄ mitigabit vinum varij precij nunc aſcendet iā deſcēdet nō tn̄ in vili p̄cio In eſtate in optimo ſtatu erūt vinee tn̄ vinū ꝯpetentis p̄cij In autūno mediocris erit ſtatꝰ videmij vnde mediocrit aliqui colligēt cum ꝑiculo martis vinum tn̄ minoris p̄cij In hieme fortificabunt vinee ⁊ aſtēdet vinū i p̄cio ¶ Oleū in vere habūdabit i caro foro ꝑuenerē In eſtate parit i copia inuēnietur minuet tn̄ in p̄cio In autūno copia cū aliquali grauitate p̄cij ꝑiter ſine defectu i hieme cū p̄cio ¶ Nuces i vere bn̄ floreſcēt habūdabunt ⁊ magni erūt p̄cij ꝑiter i eſtate habūdabūt deſcēdēt in autūno ꝑiter nō mltū tn̄ variabunt in p̄cio In hieme aliquātulū deficiēt in mediocri p̄cio ¶ Citrulli cucurbite cucumeri ⁊ alij cibi amari in vere bn̄ ſtabūt ⁊ habūdabūt cū quātitate p̄cij In eſtate ſat⸗ inuenient vilis p̄cij In autūno ꝑiculū pacient cū ꝑuitate p̄cij In hiēe habūdabūt cū varietate p̄cij ¶ Uenatio copioſe habebit in foro mediocri i vere In eſtate ꝑiter vilis p̄cij In autūno et

hieme nõ erit defectꝰ cũ aliq̃li magno p̄cio ¶ Sal ſufficient̃ i ue-
niet̃ de ꝯpetñti p̄cio in vere Res ſalite in eſtate habũdabũt̃ i bo-
no p̄cio In autũno ſil̃r nõ deficiẽt cũ p̄ori p̄cio ſil̃r ⁊ i hieme varij
tñ p̄cij Medicamĩa dulcia in copia inuenient̃ ſatis magni p̄cij in
v̄re In eſtate habũdabũt cũ quãtitate p̄cij vt i vere In autũno in
magna copia cũ vilitate p̄cij In hieme ꝯpetent̃ habebũt̃ cũ aliq̃li
vilitate p̄cij Medicamĩa acria habũde inuenient̃ p̄ui p̄cij in vere
Ineſtate in vario ſtatu mediocris p̄cij Inautũno mediocris ſta
tus parui precij In hieme copia competẽtis fori

¶ Capitl̃m iiij de metallis ⁊ ſubterraneaꝝ reꝝ naſcẽcijs.

¶ Plumbũ cũ ferro nigro p eoꝝ ſ̄catorẽ varie inuẽtionis p̄cij nõ
magni i vere Ineſtate peiorat̃ ſtatus. minoris p̄cij p̄it̃ in autumno
deficiẽtia cũ paucitate precij In hieme mediocrȝ ſtatus ac precij
¶ Stannũ aliene inueniet̃ in hieme deficiẽt qui vſũ habẽt debi-
lis p̄cij preter quã in autũno aſcẽdet in ualore ¶ Cuprũ ferrũ ru-
brum ⁊ ſulphur habũdabunt in autũno ⁊ hieme minꝰ in vere ⁊ eſ-
tate ¶ Aurũ i eſtate ⁊ autumno q̃ ad alia tempa plus dificiet me-
diocrit̃ in vere ⁊ hieme ſtabit ꝯdiciõe ¶ Argẽtuȝ Laſurũ citrinũ
in prima medietate mediocris copie minoris in altera ¶ Argẽtũ
viuũ cũ defectu erit in vere venus tamẽ augmẽtabit in eſtate p̄ui
precij vnde minorabit̃ eius ſtatus in altera medietate.

¶ Caput v. de generali hoĩm ſtatu ⁊ ꝯdictiõe.

¶ Ex ſignificatõe ſaturni erit exicatio corporis inuolutio mentis
anguſtie curioſitas inmultitudine: Inter fratres rixa ꝯtriſtabitur
frater cũ fratre abſqȝ cauſa occultatio ꝯſulũ ⁊ ſcribarũ fuga eorum
ml̃titudo diũſitatȝ iter ſup̄iores ⁊ ruſticos iſtabile vl̃gꝰ ꝯtinue em̃
mutabit̃ de oppiõe i oppionẽ Vñ paciẽt̃ ſuſpẽdia reꝝ fere oĩm vul
gi erit deiectio deficẽtia ⁊ debilitas Vñ vtent̃ iiurijs ⁊ litigatiõe ⁊
ſolitudie cauſa illaꝝ habebũt etiã ſõnia cũ ml̃titudine fantaſma-
tum Erunt inter eos rumores terribiles ⁊ ſignificatõ ex mercurio
alicuiꝰ magni futuri ẽ Vtent̃ plus ſolito armȝ ⁊ iſtrumẽtis ferreȝ.

¶ Caput ſextum de priuata cuiuſqȝ hominis con-
ditione ⁊ primo de hys qui ſaturno afflantur.

¶ Homĩes melõcolia viciati ſubtilioribꝰ inepti actibꝰ quibus a
natura niger aut viridis color ꝯueniũt Agricole videlicȝ Coriarij
foſſores. balneatores. calcearij. lutifigl̃i. ⁊ quicũqȝ ſũt terre op̄arij
De hinc ſolitarij. decrepiti ſeneſcẽtes atque molitores (ex eorum
ſ̄catore diſtracti erũt i mẽtibꝰ mali inter ſe ꝓpiquos ⁊ dilectos p̄i-
culũ in itineribus hereditatibꝰ poſſeſſionibꝰ theſauris ⁊ rebꝰ ab
ſconditis p̄ſertim in vere in eſtate ſtatũ habebũt p̄egrinũ caueant

a mercurialib⁹ ⁊ ſoli ſubiectis In autũno piter in fortunabunt nõ tñ propoſita eorum conſequũtur vnde erit deſtructio domorum religionis ⁊ deſcenſus horribiliũ ſuper eos.

¶ Caput vij. de hijs qui Iouis dominio ſubdunt

¶ Homines ſanguinei naturali quodã inſtinctu magiſtratuũ et dignitatũ appetitores q potiſſimũ rubicũdo colore aut q huic ẽ ꝯſiꝫ oblectant q̃les ſũt Cardinales. epiſcopi. ꝯſules. canonici dictatores atq3 ciues Generoſi ſapiẽtia p̃diti Iuriſperiti doctores prelati legũ interp̃tes ⁊ canonũ expoſitores p̃fecti parrochijs. p̃dicatores ⁊ in vniuerſũ omniũ huiuſmodi nature affines inpedimẽta pacient ⁊ ab alijs carebũt ſubſidijs p paucitatẽ donationũ. fruſtracio erit cũ ſolitudine erga ꝓpinq̃s In autũno optim⁹ erit eoꝝ ſtatus p̃cipue a marcialib⁹ In hieme eoꝝ minorabit ꝯditio magꝫ a venere ſbiectis In vere debiliter ſe habebũt ſibi ipſis vacãtes in eſtate ſilr̃ piculũ pacient in iumẽtis ⁊ infirmitatib⁹ tamẽ in temperalibus ꝓſperabunt p venerẽ Mars ſignat eos ſurgere ꝯtra ſe ex ſugeſtione ſubditoꝝ ⁊ viliũ hominum.

¶ Caput viij. de Marcialibus

¶ Colerici ad iraſcendũ ꝓniores: quos color ignis ĩſtar cãdeſcẽs naturaliter delectat ſtrẽnui milites ſcz exercituũ impatores quiq3 in bello ꝯſulũt autores belloꝝ atz milicijs ſuffecti agminũ cẽturiones ⁊ auxiliatores Caſtellani. armigeri. ſtipẽdijs ꝯducticij quiq3 ad effundẽduz ſãguinẽ enitunt Chirurgici. aurifabri gladioꝝ cuſſores ſufferratores raſores ⁊ qcunq3 ferro aut maleo opantur Inſuper Nũmularij. fabri carpẽtarij ⁊ quoꝝ in officina ignis ꝯflatur debiliter ſe habebũt tanquã ab alijs relicti p̃cipue mercurialibus in vere In eſtate ſilr̃ nõ fortunabũt a veneri tñ ſubiectis bene habebũt nõ min⁹ picula timeant in autũno tñ optime ſperẽt a iouiſtꝫ In hieme penitus ſibi ipſis relicti tanquaz pegrini debiles vacabunt Unde aliqui ꝯſurgẽt contra eorum ſupiores.

¶ Caput nonũ de Solaribus

¶ Reges. principes ⁊ aliorũ ſtat⁹ viri. magnates ſcz p̃mates atz ab alto ſanguine ducti quoſq3 in vniuerſũ purpure⁹ color iuuat et quib⁹ ingenita ẽ aurei colorꝫ appetẽcia q̃niã eoꝝ p̃cator oſtẽdit gloriam ip̃is ⁊ ſublimitatẽ aſcẽſiones vtilitates ⁊ pfect⁹. affectũ in rebus diuinis In vere optimũ tenebunt ſtatũ ſibi ipſis ſufficientes In eſtate in piculo ſtabũt timeãt a ꝓprijs ⁊ ſaturninꝫ ſilr̃ in autũno caueant periculum ne ſaturnini ⁊ mercuriales eos impediant In hieme mediocris eoꝝ erit ſtat⁹ caueant a lunaticis ſol ſignat eos ocultare ſecreta eorum.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

## ¶ Caput decimū de his qui veneri obſequunt

¶ Flegmatici qui ſuapte natura Ceruleū colorē affectant quales
ſunt mulieroſi. ꝛ mulieres. matrone. puelle. cātores. cythariſte. lu-
ſores. tibicines. ꝛ pictores. ꝛ dehinc muliebria ornamēta elaborā-
tes. ſartores. fidicines delicati quiqꝫ feſtiunt ꝑcioſis luxu fluitātes
gule īdulgētes deditiſſimiqꝫ voluptatibus omnibꝰ In vere bñ ſe
habebūt in victimis miniſtris lucris ꝛ victu aſſociabunt mercu-
rialibꝰ In eſtate male habebūt in rebꝰ ꝓprijs ꝛ negocijs ꝛ ne iter ſe
diſcordēt plus ſolito aſſociabunt marcialibꝰ caueāt tñ a mercuriali
bꝰ In autūno debilis eorum erit ſtatꝰ ꝯſumēt tꝑa ſine fructu caue
āt a vlgo In hieme ſilr debil ſtatꝰ eoꝝ et magꝭ in itinere ꝛ religiōe
a iouiſtꝭ ꝛ vlgo caueāt Meretrices diuꝛtpiēt pueros ꝛ puellas ad
captiuitatē ducētes mlieres mltiplicabūt cauſas ad maritos q̄ rec
tificabunt rixe enim mulieruꝫ mittigabunt facilē habebunt par
tum licet in nupcijs timenda ſint ꝑicula.

## ¶ Caput xi. De mercurialibꝰ.

¶ Studētes qcunqꝫ ſcriptores aritmetrici. aſtronomi. geometre
ſcolares ingenio valētes ꝛ mgr̄i artiū ꝓfeſſores dyaletici rethores
atqꝫ poete ꝛ quicūqꝫ alioꝛuꝫ ingenuitate animi pollētes ac ꝯſiſi vt
Diuinatores nūmularij ꝛ mercatores qui flaueo colore admodū
cupiūt In vere debiliter ſtabūt in ſuꝭ negocijs caueāt inimicitias
ꝛ calliditates ꝛ debilitatē ingenioꝝ ꝛ tarditateꝫ in oībus negocijs
ſuis peregrinationē cū detrimento caueāt caute inter ſe ne mutuo
plus ſolito decipiāt In eſtate optimꝰ eoꝝ erit ſtatꝰ in nupcijs mu-
lierū aſſociabunt veneri ſubiectis cū ꝓficuo In autūno male ſta-
būt omnia fere eoꝝ incepta impedient caueāt inimicitias triſtici-
as labores ꝛ mala a ꝓximis ꝛ occultꝭ inimicis Jupiter tñ ſignat eꝭ
ꝓſpera itinera ſomnia delectabilia rumores gratos In hieme de-
trimētū timeāt inter amicos ꝛ proximos ne decipiant debilis em̄
ꝛ alienꝰ eorū erit ſtatꝰ mercuriꝰ ſignat ſecretaꝝ ſciēciaꝝ apparēciā.

## ¶ Caput xij de hijs qui Lune ſūt ſubditi.

¶ Uulgares vt nuncij viatores nauiū gubernatores ꝛ quicūqꝫ
ſūt errabūdi glaucū colorē ingenue obſeruantes In vere debiles
erūt i ſuis negocijs ꝛ ꝑcipue i corpoꝛꝭ qualitate ꝛ infirmabunt in
capite bene habebūt a ſaturninis ꝛ mercurialibꝰ In eſtate medi-
ocriter ſtabūt caueāt a ſaturninꝭ In autūno ꝑichtabit eoꝝ ſtatus
caueāt a veneri ꝛ ſoli ſubiectis In hieme optime habebunt in poſ-
ſeſſionibꝰ amicis theſauris ꝛ rebꝰ abſcōditis caueant tamen a ve
neri et ſoli ſubiectis.

## ¶ Capitlm xiij. De tribus hominū ſectis ꝛ Primo quidem de fide Criſtiana.

¶ Principes ⁊ ſuperiores criſtianoꝝ bonaꝝ erunt facierū ⁊ pulchri. vtenť homines rethorica dialetica bonis moribus bono animo tēperātia ⁊ ſubtilitate rerū ⁊ ſubtili deceptiōē inuicē nobiles ⁊ ſupiores erūt fortes ⁊ puidi mlťa milicia in inſtrumentis bellicis Gubernatio militū ingeniū largitas ꝯgregatio peccuniarū ⁊ diſperſio earū mūdicia in cibo potu ⁊ indunctiſ ꝯſequenter egritudines ſanguinis feruorē corroborabiť dolor pregnatarū.

## ¶ De Judeis

¶ Judeoꝝ ſignificatores ſignāt multas natiuitates eoꝝ ſuperiorum Erūt audaces auſteritate fraude ⁊ deceptōē anguſtijs ⁊ triſticijs eueniet eis deriſio timeāt egritudines in ſtomacho ⁊ ore cuꝫ timore mortis corroborabiť ſup̄ pregnantes ꝑtus conuerſacio in ſcripturis cū mūdicia ⁊ ſciēcia ſtatutorū exercebūt multa ſpōſalia ſolaciū eoꝝ ad inuicē exercebūt doctrinā ⁊ ingeniū colligent margaritas aquaticas ampliabuntur egritudines ⁊ vlcera rumores terribiles cum multitudine inimicorum.

## ¶ De Turcis vel agarenis

¶ Ex ꝑcatore turcoꝝ pꝛīcipes eoꝝ magnāimi ⁊ ciues vtenť īſtrumentis ferreis ⁊ armis lite ꝯbuſtione ⁊ igne deueniet eis deriſio in actionibus ſuis expādeť mors in eis multiplicabūt itinera oculorū dolor ⁊ capitis diminucō in ꝑuabilib⁹ ꝯdenſa hoīm inqſitō reddituum domoꝝ et tendarum plus induenť rubeo q̄ꝫ veſtimentis alijs detrimētum adueniet ciuib⁹. vſ⁹ ſup ꝯmeſtiōes potatōes ⁊ conuētiones proſperabiť tamen res plebis.

## ¶ Capitlm xiiij. de q̄buſdā pſonis ſpeciatī. ⁊ in p̄mis de ſanctiſſimo Alexandro Romane eccl̄ie pontifice.

¶ Sāctiſſim⁹ papa alexād. vt fert ei⁹ ꝑcator bonū habebit a uēeri ſbiectꝫ vn̄ letabiť ⁊ lipidabiť morieť aliquis eius nutrit⁹ quē tenet loco filij fortificabiť in ſuba ī vere multiplicabiť eius reddit⁹ cum pſperitate Caueat ꝑtim a ſaturninis ⁊ marcialib⁹ Jn eſtate verſabiť ī negocijs nuptiaruꝫ ⁊ reb⁹ muliebrib⁹ cū ꝯrietate ⁊ guerris ⁊ bellis Jn autumno in optimo ſtatu erit Circa religionē ⁊ ꝑegrinationē ſua erit ocupatio bona recipiet a marcialib⁹ quib⁹ amice aſſociabiť Jn hieme aſſociabiť lune ſbiectꝫ Caueat a ueneri ſbiectꝫ Jntromittet ſe de fratrib⁹ amicis ⁊ dilectis in mādatis ⁊ religiōe.

## ¶ De ſacra Maieſtate Regis Romanoꝝ

¶ Jnuictiſſim⁹ ⁊ glioſiſſim⁹ rex Maximilianus ſemp auguſtus in priori manebit ſtatu faciet eū que indigne ferēt qui nō magno fauore eius honorem tuenť erit magnificus in ordinacionib⁹ p̄ſtinoꝝ ī duab⁹ ſequētib⁹ tercys ſcꝫ a mayo in fine annni gaudiū erit

ei cũ veneri ſubiectis Non. qui nõ tendũt ei multũ bonũ ſequitur alioꝝ ꝯſilia Infirmabiť. eius vxoꝛ in rebus marcialibus ꝯſabitur armis ꝛ alijs bellicis Coniũgenť ei ſaturnini ꝛ mercuriales.

## ❡ De illuſtriſſimo vngarie ꝛ bohemie Rege.

❡ Clariſſim⁹ rex ille vt fert eius ꝑcator augebiť in valoꝛe diuicijs pannis reb⁹ ſuis diligẽt eum ꝯſanguinei ſui ꝛ faciẽt ei bonuꝫ creſcet ſuum poſce in ꝑcio valoꝛe nobilitate ꝛ fama habebit foꝛtunam ꝯtra inimicos ſuos Intromittet ſe de laboꝛãdo terras habebit ſõſtancias ſine laboꝛe appodiabit ſe de inimicis ſuis Caueat caſum ab alto vľ beſtia.

## ❡ De Venetorum dominio

❡ Veneti erunt magnanimi vtenť inſtrumẽtis ferreis armis et ſimilibus cum interfectione lite ꝛ ꝯbuſtione adueniet eis deriſio in accionib⁹ ſuis mutabiles erũt de hoc in hoc. multiplicabiť in eꝫ ſeperacio perigrinatio ꝛ itinera Occuloꝝ dolor ꝛ capitis pauca reddituum acquiſicio ꝛ tendarũ.

## ❡ Capitulũ 15 de reuolucĩoe ſaturnali

❡ Ne mirenť hoĩes hoc ſeclo noſtro tã mirabiles effect⁹ Immo hui⁹ modi euenturos nõ foꝛmidẽt placuit certos enũerare effect⁹ ꝑ reuolutões ſaturnales Iuxta illud cameracenſis regnoꝝ ꝑmutaciones nõ ſolũ cognoſci habent a ꝯiunctĩoe ſaturni ꝛ iouis ſed et ex reuolucionib⁹ decẽnalib⁹ ſaturni quaꝝ quelibet 300 ꝯtinet annos De quib⁹ vna nunc nr̃is ꝯpletur tempoꝛib⁹ Unde tempore diluuij ꝯpleta fuit vna talis ꝛ iteꝝ ꝯpleta alia turcis babel ꝯſtruiť ꝛ ſequiť ꝯfuſio liguarũ Conpleta tercia regnũ aſſirioꝝ oriť incipit ydolatria Quarta abꝛahã naſciť treueris exſtruiť Sodoma ꝛ gomoꝛra ſubuertunť Quinta ars arandi inueniť athene cõditur ioſeph a pharone ſuſcipiť ꝛ ſequiť fames in vniuerſo egipto ꝛ iudea Completa ſexta naſciť moyſes ꝛ aaron pharao ĩ mare rubꝛo ſubmergiť Troya ꝯſtruiť In italia reges regnoꝛe incipiũt Completa ſeptima Troya atrociter vaſtať regnũ lacedemonioꝝ oꝛiť eligitur pꝛimus rex ſaul in iſrabel Sequiť regnũ dauid ꝛ ſalomonis Completa octaua monarcha aſſirioꝛis ceſſat ꝛ regnũ macedonũ oꝛitur rhoma condiť regnuꝫ romãoꝝ oꝛiť vſayciũ mittitur Cõpleta nona niniue deſtruiť templũ ſalomonis incendiť regnũ perſarũ oꝛiť ꝛ ſequitur tranſmigracio babilonis Decima apparuit alexãder magnus qui mirabilẽ victoriaꝫ breui tempoꝛe de toto mundo habuit Undiqꝫ vox ſanguis ꝛ clamoꝛ regnũ perſarũ deſtruiť Completa vndecima venit ſecta noua cuꝫ ꝑmutacĩoe ſecte iudaice monarcha romanoruꝫ incipit colonia ꝯſtruiť Completa duodecima eccleſia ꝑ cõſtantinũ dotať ꝛ plures ſequnť ſinodi ꝑpter altricatiõꝫ doctoꝝ

varij em̃ varia de hijs ſeciebant Completa tredecima venit machometus dãnatus Rhomanũ imperiũ incipit deficere irrecuperabiliter Decima quarta multe diũſitates ſurgũt ſcãdaloſe in eccleſia Gẽs hunoꝝ i pãnoniã p̄mit⁹ vẽit diuidit impium quidã tantum in italia quidã tantuꝫ in alemania regnare incipiũt Completa quindecima ꝯſtãtino apolis a gallis ꝛ venetis capit̃ plurima naſcuntur monſtra prodigia ꝛ ſigna apparẽt horribiliſſima cruces diuerſoꝝ colorũ in aere patenter reſplendẽt duo incipiũt ordines mẽdicanciũ dominici ꝛ franciſci que fuit res mira ꝛ magna inecclesia tartarorũ dominiũ incipit Cameracenſis vbi pri⁹ inquit 1489 vel circiter complemẽtũ iterũ erit reuolucionis ſaturnine ſcꝫ ſedecime ꝛ verius Anno dñi 1496 quando ſaturnus intrat arietem Juxta verũ motũ de qua dicit Tunc erit peſtis ꝛ mortalitas in toto mundo Erunt regnoꝝ ꝛ terrarũ ꝑmutatiões bella multa ꝛ mirabilia in mundo ꝑcipue anno dñi 1504.ꝓpter fere omniuꝫ planetarũ in cancro ꝯiunctõꝫ erũt pluuie multe ꝛ inundaciões ꝛcͣ Has itaqꝫ ꝯtingencias varias que ſub diuerſis ſaturninis reuolucioni bus eueniebãt Ideo adducere ſtatui vt qꝛ inſtãtib⁹ nr̃is nũc temporibus talis currit reuolucio ex qua ſine dubio mirabilia euenient ꝛ aliqua venerũt Quare nemo mẽte ꝓſternat aut animo deſperat ſed ſciat ſimilia ſub alys reuolucionib⁹ eueniſſe Orand⁹ itaqꝫ eſt de⁹ q̄ ſtellarũ ẽ creator qui ſicut volẽs celũ planetarũqꝫ curſ⁹ inſtituit ſic ꝛ miſericordie ſue gracia oia in meli⁹ ꝯuertat oportet em̃ talia vt idem ſaluator predixit fieri erunt inquit ſigna ꝛ terrores de celo .vt ſic qui pietate noſtre negligunt ſaltem flagellis ꝑterriti ad eũ accedant hec cameracenſis hec dicere volui nõ tanquã ad iudiciũ ꝑticulare anni ꝑtinẽcia ſed ad plures annos ſtꝫ tempora nũc noſtra inquibus autem annis hec vel alia fiant ꝛ in quibus locis inquiſicione indiget laciori.

¶ Tractatus tercius de aeris alteritate ꝛ primũ eius Caput de peruulgata aure diſpoſitura.

¶ Quatuor ſũt tp̃a inquit ptolome⁹ ver cuꝫ eſtate cumqꝫ autumno hyems quorũ ver calorẽ ab ariete ꝛ humiditatẽ optiet Eſtas a cancro calida eſt cũ ſiccedine His ſubit autumn⁹ cũ frigore ſict⁹ a libra Hiems vero a capricorno cũ frigore humens hec tempora quamuis ſolari latione ſic diſponant̃ tñ ab alijs ſiderib⁹ aliter qñqꝫ ferẽtibus inuicẽ mutant̃ inquit enim haly habenrudian planete opus ſolis atqꝫ lune inclinãt ipſoſqꝫ ad ſuoruꝫ operum naturas deducũt Saturn⁹ enim frigus ſignat cũ multitudine nebularum corruptionẽ ꝯplexionuꝫ aeris impedimentum ex pluuijs paucitas

aquaꝝ foncium eciam pluuiarū q̄ veniunt tp̄e inſolito validi venti ꝛ ignes pericula in ſubterraneis vt dicerē paruos terremot⁹ flabunt venti orīentales ꝛ loccidentales.

¶ Caput ſcd̄m De prima anni quadrante.

¶ Introitus anni tēpus ſcꝫ interualli erit tēparatū a frigore proſpera aura flatus ventoꝛuꝫ ſeptendrionaliū cum multo caſu niuiū multitudo aquarum longa hyems ꝛc̄

¶ Dies

¶ Circa circūciſionis domini nubila cū mutatione aeris miſtua vel ſequente ſerenitate tercia feria poſt circūciſionis dn̄i ad humiditatē declinabit ꝛ foꝛtaſſis niues Incraſtino epiphanie turbulēcia cum ventis pluuios vel niues expellētib⁹.

¶ Coniunctio Febꝛuarij

¶ Dominica poſt epiphanie hō 2 minuto 13 ante meridiē ad humiditatem tendet cū tempancia frigoris pluries ſerena cū vētis marte ſic operante

¶ Oppoſitio Februarij dominica ſeptuageſime hoꝛa 9 minuto 54 ante meridiem plus humida p ſaturnū nebule ſiue aeris groſſicies cum inſtabilitate iouis ꝛ martis.

¶ Dies

¶ Circa 3 feriam poſt triū regū apercio p humiditate In craſtino octaue epiphie nubila cū vētis In pfeſto ꝛ feſto ātonij niues ꝛ frigora generabunt ꝛ vēti ꝛ p certa teſtimonia ad dies plures durabūt Circa feſtum ſebaſtiani liquiditas cuꝫ temperācia frigoris teſtimonia martis ſerenitate nō excluſa ſubſequentib⁹ ventis In craſtino ꝯuerſionis ſācti pauli mutatio aeris p humiditatē Sabbatho poſt pauli venti niues expellētes vel pluuias ſequente ſiccedine In vigilia purificationis marie ſurget humiditas rara cum temperācia frigoꝛis vel pcraſtinabit Die agate foꝛtes ſurgēt venti ſubſequenti humida.

¶ Coniunctio marcij

¶ Secunda feria poſt purificacionis marie virginis hoꝛa nulla minuto 40 poſt meridiem inſtabilis cū ventis per mercuriū pluries ſerena tempata ad frigidum per ſaturnum.

¶ Oppoſitio Marcij plus humida tn̄ temperata per iouem cuꝫ ventis vel niuibus quandoqꝫ ſerena.

¶ Dies

¶ Ipſo die ſancte ſcolaſtice veniet humiditas foꝛtaſſis cū caſu niuium durabilis Inpfeſto ꝛ feſto valentini notabilis mutatio per humidum Sexta feria poſt valentini mutacio p vētos Dominica

b

Jnuocauit aeris motus cuꝫ tempeſtate pluuiali ſiue niuoſa Jn vi-
gilia ꝛ feſto mathie fortis aeris mutatio niues cum frigore Circa
dominicā reminiſcere caſus niuiū ſiue pluuie durabiles venꝰ tñ ſe
renū ītermiſcet feria 3 poſt mathie vēti fortes cū ſereno in ꝑfeſto
adriani aut niget aut pluet miſtuo ſereno dominica letare mutabi-
tur aura per nubila.

¶ Capitulū terciū de Vere ꝛ ſuis ꝑtibꝰ:

¶ Ver incipit in ꝑfeſto ſancti gregorij circa horam 6 ante meri-
diem tꝑancia in pluuijs ſñ notabili frigore cū mltitudine nebulaꝝ
flabūt venti oriētales ꝛ occidentales frigus tamen ꝛ pluuias luna
intromiſcet.

¶ Coniunctō Aprilis

¶ Tercia feria ante gregorij hora 9 minuto 55 poſt meridiē in
ſtabilis ventoſa temperantia tamen ad plus frigidū humida cuꝫ
miſtuo quandoqꝫ calore.

¶ Oppoſicio aprilis temperata ſic ioue operante cum inſtabilita
te ventorū in locis calidis thonitrua ꝛ humiditas:

¶ Dies

¶ Quinta feria ante gregorij mutatio ꝑ turbulētiam aeris ꝛ non
pluet Jp̄o die gregorij pluuie mites ſic ſcd̄a feria ſeq̄nte Jn ꝑfeſto
gertrudis fortis aeris mutatio in humidū nō durabilis Sabba-
tho ante benedicti tempeſtuoſus aer cum humido ſub ſeq̄nte plu-
uia Scd̄a feria ſabbatho ꝛ dominica paſce ſurgēt vēti cū aere tēe
broſo ꝛ humido Ultimo feſto paſce ad minus curſꝰ nubiuꝫ cū ne-
bulis ꝛ humiditate Sexta feria poſt paſce pluuie vel tardabunt
in craſtinū Die ſācti ambroſij aura tempeſtuoſa cum pluuijs Ter
cia feria poſt ambroſij fortis mutatio ꝑ pluuias

¶ Coniunctio Maij

¶ Feria quīta poſt ambroſij hō 6 minuto 34 añ meridiē inſta-
bilis cū vētis Jouis tꝑata a frigore ſerena cū putefactōe martꝫ.

¶ Oppoſitio maij ſexta feria añ gregorij hora 1 minuto 11 pꝰ
meridiem humida temperata plus ſerena cuꝫ ventis ꝑ venerem
in locis montanis ſiue calidis tonitrua.

¶ Dies

¶ Sexta feria poſt ambroſij venti pluuias expellentes ꝛ tardabit
Añ feſtū tiburcij mutatio aure per vētoſ Sabbato pꝰ tiburcij gra
dus diluuij humidum ſignat die valeriāi pluuie ꝛ frigora cū tem-
peſtate durabiles Quinta feria ante georij venti flabūt mercuria-
les Diebus ſāctoꝝ georij ꝛ marcij venti cū humido Die ſancti vi
talis humiditas cum vētis temperatis Feria ſexta ꝛ ſabbato ante
philippi ꝛ iacobi Vehemētes flatꝰ vētorū durabiles pluuias expel
lentes Jn ꝑfeſto

⁊ feſto inuencionis ſancte crucis fortis mutatio p̄ tēpeſtates.

¶ Coniunctio Junij

¶ Sexta feria poſt inuencionis ſancte crucis hora 3 minuto 12 poſt meridiē ſerena tp̄ata p̄ iouem ⁊ venerē cū humiditate miſtua.

¶ Oppoſitio Junij dominica ante vrbani hora 2 minuto 14 añ meridiez temperata a frigore humida cum inſtabilitate mercury ventoſa cum tonitruis in locis calidis.

¶ Dies

¶ Tercia feria añ ſophie humiditas p̄ nubila die fuacij vēti Ipſo die ſophie mutacio aeris nebule cum ventis Quarta ⁊ quinta ferijs poſt ſophie fortis aeris mutacio p̄ tēpeſtates ⁊ fortaſſis durabit i feriā ſextaz Sabbato añ vrbani generabunt pluuie minor calor cum ventis In p̄feſto ſancti vrbani turbulētia aeris cum nubib⁹ Sexta feria ⁊ ſabbato poſt vrbāi vēti validi cū aerꝫ mutatōe In p̄feſto ⁊ feſto petronelle erit aer tenebroſus cum humiditate et vētis Quinta feria ⁊ ſexta ſabbatho añ ambroſij apertio portarū pro uentis ⁊ humiditate pluuiali.

¶ Coniunctio Julij

¶ Die ſācti bonifacij hora nulla minuto 38 añ meridiē humida calida inſtabilis cū ventis ſerena qn̄q3 cū temperie.

Oppoſitio Julij ſecunda feria añ Johānis baptiſte hora 1 minuto 6 poſt meridiē tempata in frigus ⁊ calorem humida cū ventis et inſtabilitate aeris.

¶ Caput quartum De eſtate ⁊ eius p̄tibus.

¶ Eſtas incipit dominica ante viti infra 5 et 6 horas añ meridiem mediocritas pluuiarū calida tempancia aeris bona commixtō vehemēcia vētorum pluuias expellēcium.

¶ Dies

¶ Tercia feria ⁊ quarta poſt bonifacij apercio p̄ ventis humiditate in certis locis grādines minorabit calor ⁊ durabit Sexta feria ⁊ ſabbatho poſt bonifacij obſcurabitur aer cuz humiditate et vētis Die ſancte barnabe turbacio per nubes In p̄feſto viti turbulentia aeris venti cuz pauca pluuia Quinta ⁊ ſexta ferijs grad⁹ diluuij humidū ſignat fortaſſis tardabit dominica poſt viti mutabitur humore ⁊ ſerenitate In vigilia iohānis baptiſte tempeſtuoſa mutatio per humida ⁊ nubila ſequent vēti Sabbatho ⁊ dominica poſt iohannis baptiſte remiſſio caloris ⁊ ſi humidū cū ventis Circa feſtū petri ⁊ pauli tēpus nubiloſū humidū p̄ graduz diluuij ſerenitate non excluſa cū ventis In profeſto viſitaciōis marie apercio pro humido cum inſtabilitate.

¶ Coniunctio auguſti

¶ In feſto ſancti vdalrici hora 11 minuto 35 ante meridiez tēpora ſerena per iouē ad mixtis qn̄qz pluuijs cuz ventis .

¶ Oppoſicio auguſti tercia feria ante marie magdalene hora 10 minuto 24 poſt meridiem multū humida per lunam ſerena pluries cū tonitruis ⁊ fulguris ex natura martis.

¶ Dies

¶ In craſtino ſancti vdalrici fortis mutatio p tempeſtates Quinta feria ante margarete apcio p humiditate ⁊ ventis ſequēte ſerenitate Sabbatho an̄ margarete aura tenebroſa fortis mutacio ſequentibus diebus tempeſtuoſis In feſto diuiſionis apoſtolorum ſurgent venti occidentales cuz acceſſorio humore Die alexy aura bona ⁊ bene conplexionata concurrentibus nubibus Quarta feria ante magdalene forte tempeſtates eſurgent cum pluuijs ⁊ certis locis corruſcationib⁹ Ipſo die magdalene apercio p pluuijs Quarta ⁊ quinta ferijs pluuie cum curſu nubiū cum obſcuritate aeris Sabbato poſt iacobi ſerenū Dominica ſequēte obſcuritas magne pluuie .petri ad vincula fortis mutatio.

¶ Coniunctio Septembris

¶ Infeſto inuencionis ſancti ſtephani hora nulla minuto 41 an̄ meridiem inſtabilis humida calida cū vētis ⁊ tonitruis per mercurium ⁊ venerem.

¶ Oppoſitio ſeptembris feria quinta poſt aſſumptionis marie hora 6 minuto 56 ante meridiem humida cum pluuijs per mer curium nubiloſa ventoſa cum tonitruis in locis certis.

¶ Dies

¶ In die ſancti oſwaldi venti cum pluuijs cum magna apertiōe portarum fortaſſis precedet Dominica ⁊ ſecunda feria ante laurēcij ⁊ ipſo die laurencij curſus nubiū cum ſerenitate ⁊ humido Inprofeſto ⁊ feſto ſancti hipoliti apercio pro ventis ⁊ frigore ſequente tempeſtate forti cum pluuijs ⁊ obumbratione feria quarta poſt aſſumptionis marie tempus ſerenum ſequente curſu nubiū Sexta feria poſt aſſumptionis marie apercio pro humiditate aura bn̄ coplexionata In vigilia ſancti bartholomei apercio pro ventis ⁊ pluuijs ⁊ durabunt nubes In profeſto ⁊ feſto ſancti auguſtini humectabit incraſſabitur pluet atqz frigeſcet.

¶ Coniunctio emboliſmalis

¶ Die ſancti egidij hora 4 minuto 8 poſt meridiem pluuialis in ſtabilis cū nubibus per mercurium ⁊ venerē magis ad frigidū.

¶ Oppoſitio Emboliſmalis ſexta feria ante mathei hora 3 minu to 27 poſt meridiem inſtabibilis pluuioſa per mercurium ⁊ lunaꝫ quando qꝫ temperies cum ventis ⁊ ſerenitate.

¶ Dies

¶ Craſtino ſancti egidij apercio pro humiditate pluuiali durante ſequentibus vētis In profeſto ⁊ feſto natalis marie notabilis mu tatio aure ſequētibꝰ pluuijs ⁊ aeris turbulēcia ſcđa ⁊ tercia ferijs pariter miſtua ſerenitate.

## ¶ Caput quintum de Autumno ⁊ ſuis partibus

¶ Autumnus incipit die exaltationis ſancte crucis infra ſextam ⁊ ſeptimā ante meridiem paucitas pluuiarum cū corruptione ven torum ſine frigore notabili fortaſſis incendia plus ſolito pro ſua q̄ litate eſtati ſimilis.

¶ Dies

¶ Die ſancti lampti apercio pro humiditate miſtua ſerenitate ⁊ modicis vētis In vigilia ⁊ feſto mathie tēpeſtates durabiles aut precedet cum pluuijs ⁊ ventis Sexta feria ⁊ ſabbatho ante micha elis nebuloſa cū humiditate In ꝑfeſto michaelis nebule cū vētis.

¶ Coniunctio Octobris

¶ Sabbatho poſt michaelis hora 9 minuto 28 ante meridiem inſtabilis humida cum ventis pluuie per lunam ⁊ ſaturnum quā doqꝫ ſerena cum frigore.

¶ Oppoſitio octobris Die ſancti galli hora nulla minuto 35 an̄ meridiem ventoſa inſtabilis temperata pluries ſerena ad mixta ſerenitate ſaturni.

¶ Dies

¶ In profeſto ⁊ feſto franciſci mutatio in humidum ꝑ gradꝰ dilu uij ad mixtis vētis Quinta feria poſt frāciſci ſurgēt vēti ſequenti humido nuboſo In ꝑfeſto ſancti dionīſij fortis mutatio ſequente humiditate ⁊ poſt hac ſerenitate in craſtino ſācti colomani apcio pro ventis ſequēte humiditate In profeſto ⁊ feſto ſancti luce ewā geliſte pluuias ꝑs pluuie ſignat Die vrſule valide mutabitur per humiditatem vel ꝑcraſtinabitur Tercia feria ante ſimonis ⁊ iude frigiditas cū humido aut āticipabit In vigilia ⁊ feſto grādis mu tacio per hymbres.

¶ Coniūctio Nouembris

¶ Die ſancti Wolffgangi hora 3 minuto 44 ante meridiē mu tabilis ſerena cū temperie iouis humida.

¶ Oppoſitio nouembris in ꝓfeſto ſancti leopoldi hora 11 minuto 3 ante meridiem humida ventoſa per mercurium temperata ad mixta ſerenitate.

¶ Dies

¶ Dies omnium animarum ⁊ ſequens mutabunt humiditate ⁊ frigore venti fortes Sexta feria poſt omniū ſanctoꝝ apercio ꝓ pluuijs ad minus aer ſpiſſus cū nubib⁹ Die ſācti leonhardi mutatio per vētos Ipſo die 4 coronatoꝝ humiditas fortaſſis nix ꝑ gradū diluuij In ꝓfeſto ⁊ feſto ſancti martini ſurgent vēti cum frigore ſequente tempeſtate magna Die ſancti leopoldi fortes venti cuꝫ tēpeſtate valida añ ⁊ poſt In feſto ⁊ craſtino ſancte elizabet venti niues vel pluuias expellentes vel tardabit in craſtinum In profeſto clementis tempeſtuoſa mutatio per humidum ſequentibus nubibus cū humiditate Dominica aduentus domini ex orbe ſurgent venti fortes cum niue vel pluuia.

¶ Coniunctio Decembris.

¶ In vigilia ſancti andree hora 9 minuto 28 poſt meridiē ventoſa ventis mercurij humida per ſaturnū nocens pluries ſerena.

¶ Oppoſitio decembris die ſancte lucie hō 11 minuto 14 poſt meridiem humida ventoſa forte cum caſu niuium temperata ſecū dum qualitatem temporū a frigore.

¶ Dies

¶ Quinta feria ⁊ ſexta venti pluuias expellentes aut tardabit in craſtinum Dies barbare nubila cum aeris humiditate craſtinū conceptionis ſequentur tempeſtates magne ⁊ durabiles precipue circa feſtum lucie pluuie vel nubes.

¶ Caput ſextum De Hyemis altera parte

¶ Hyems incipit in profeſto ſancte lucie infra decimaꝫ ⁊ vndecimam horas ante meridiem multiplices flatus ventorum cuꝫ magno rigore frigoris caſus niuium ſiue pluuiarum

¶ Dies

¶ Quinta feria poſt lucie mutatio in humidū Dominica añ thome venti humiditates ante ⁊ poſt In vigilia thome apertio pro pluuijs vel niue ſic in craſtino thome humiditas Ipſo feſto natiuitatis criſti apertio ꝓ ventis dies ſtephani ⁊ iohannis tēpeſtates valide cū humiditate Die innocentū apertio ꝓ humiditate.

¶ Coniunctio Ianuarij

¶ In craſtino innocentum hora 1 minuto 31 poſt meridiē tēperata multum humida humiditate ſaturni inſtabil' cum vētis.

### ¶ De ſtatu regni vngarie

¶ Magnates apparebunt prodigi multas expendentes peccuniarũ. multiplicabunt paralitici. gwerre degradatõnes accident in aere tenebre Multiplicabuntur pluuie Quarta vernalis calida pauci nubes Temperabunt eſtas ⁊ autumnus Corroborabit frigus yemis Flabũt in medietate eius venti occidentales Erit deſtructio paſcuoꝝ multitudo beſtiarum aque, nocumentum hominibus ex vermibus terre.

### ¶ De ſtatu morauie

¶ Caueant homines inimicitias pericula lune ſuperiores in armis verſabunt timeant dolorem oculorum ⁊ capitis vtentur plus rubeo Flabunt venti orientales ⁊ occidentales cum temperamento aeris in vere cum proſperitate quarte eſtiue ⁊ erit autumpnus ſimilis ei in q̃litate vehemencia frigoris yemis Multitudo herbarum ⁊ paſcuorum minuentur meſſes arenales cum proſperitate ceterorum fructuum.

Finis

Vienne Jinpreſſum per
Johannem Winterburg.

G. B. HOFBIBLIOTHEK
KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg